



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

6. S. Leonardus confessor

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

cui Crucifixo , nostras deploraturi negligentias , ingratitudines , & irreverentias : Vel nocturnum testamentum flectentes ad pedes Domini renovaturi . Devotionem hanc nocturnam finiamus psalmo deprecatorio *Miserere & De profundis* . Exemplum dedit sanctus : Sequatur peccator !

Festum S. Leonardi Confessoris ex Ordine S. P. Benedicti Thaymaturgi in necessitatibus publicis Benignissimi.

EXHORTATIUNCULA I.

Quærimus fili ! Unde tanta vis in carcères , & vincula Divo Leonardo ? Respondet ipse sanctus : *Ecce ! reliquimus omnia , & secuti sumus te* . Hoc præmium ! Hæc merces ! Hic honor fugientium è sæculo . Dilecte ! & nos sponte captivemur ab eo ? Quid stolidius ? *Mundo vivere , mortis opus est* . S. Augustinus.

Instructio meritoria.

Amandissime ! Quot animæ sunt , quæ à jugo , & servitute carnis , & concupi-

cupiscentiæ liberari clamant, suspirantque? Misereamur ergo periclitantium, & opportuno tempore pro omnibus, si-
ve corporaliter, sive spiritualiter incar-
ceratis *psalmos graduales* recitemus aut
coram Sanctissimo, aut S. Leonardo.
Oratio disruptit vincula.

II.

Displicuit Regis Clodovæi Aula san-
cto Leonardo; Discedit sponte,
quamvis liberè uti potuisset vitâ dulcio-
re: dicebat sibi Vir Domini: *Melior est*
dies una in solitudine, quam mille anni
in palatiis regum. O Verbum summæ
Veritatis! Cur non credimus? Cur pub-
licum non fugimus? Quia soli Deo, &
cœlo intendere, resistimus. Diligere
Deum, multorum est, verè, & solidè
diligere, paucissimorum. Hinc non
omnibus datur adire Corinthum.

Instructio meritoria.

Quàm insulsus hominum mos! Om-
nibus fese immiscent: De omnibus lo-
qui ambient: In omnibus se ut judices,
censores, & Directores gerunt, & exhi-
bent. Et hæc quæ arrogancia? Fili! hos
laque-

laqueos ut feliciter evadamus, in honorem S. Leonardii *duodecim Actus Circumscriptionis Christianæ circa præfata exerceamus* vitia adjungendo totidem *Pater. & Ave.* Signemus frontem, os & linguam: & non deerit prudentia, & sensuum moderata cautela.

III.

S. Leonardum Rex Clodovæus in Episcopum denominat. Non acceperat Sanctus memor illius Eucherii: *In hoc mundo subjacet minor contumelia, major invidiae.* O quām certum, quō quis pluribūs abundat mundi bonis, eo & majoribus impleri miseriis, passionibūs, & pressuris; Et tamen quotidie pecimus alta?

Instructio meritoria.

Repudiemus honores parūm fidos, & undique suspectos. Sæpius dum motus insurgunt elationis, aut vanæ complacentiæ, vel stultæ ambitionis, statim procidentes in genua, protestemur, & dicamus: *Domine! non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei &c.* Dein: *Te decet Laus, tibi gloria &c.* Fili!

Fili ! quid habemus, quod non accepi-
mus ? Si autem accepimus, quid glo-
riamur, quasi non acceperimus ?

Festum S. Martini Turonensi-
um Episcopi, & Charitatis erga Pro-
ximum perfectæ Speculi cla-
rissimi.

EXHORTATIUNCULA I.

Non erat virtus, quam non admire-
mur in Sancto Martino. Eminuit
tamen charitas erga inimicum. Hunc
non modò à faucibus liberavit inferni,
sed & à Deo impetravit, ut sibi in Epi-
scopatu succederet, summumque San-
titatis attingeret apicem. Et hoc ama-
re non sit ? Hoc non seipsum vincere ?
Fili ! si nobis imperamus, subditos ha-
bet nemo nobis plures. Monarchæ or-
bis effecti sumus. Ubi enim hoc impe-
rium, quidquid extra nos est, rationis
imperio subjectum, imò sub pedibus
captivum tenemus. Plura nec nos pos-
sumus petere, nec ullus in hac vita dare.
En ! Regnum Dei, Regis magni, intra-
nos !

In-